

CAP. XV. *De Chronologia.*

§. I.

Chronologia est ars definiendi tempora ex civili instituto ordinata. Cujus fundamenta Speculum, quod diximus, Chronologicum seu temporis, non ita pridem in lucem emissum complectitur. Quod ipsum mox excipiet.

XIII. CHRONOGRAPHIA nostra GEOMETRICA, das Geschicht-Denck-Maß/res gestas juxta seriem Imperatorum veris iconibus (non figmentis) exprimens, tempora nudo spatio, succinctis per quantitatem nominibus, definiens. Mirificum memoriae subsidium, quod, tabellis (decadicâ serie in mappam continuam pro facilimo cujusque captu coordinatis) seorsim ad formam foliorum chartæ si placet reselectis, etiam ludendo tractari potest.

CAP. XVI. *De Gnomonica.*

§. I.

Gnomonica est ars horarias lineas ad motum solis in quavis superficie delin eandi. Quæ, licet magnâ curiositate à multis tradis soleat, quia tamen omnia, subtilissimè licet supputata vel in chartam conjecta, non nisi mechanicâ quadam ratione ad muros & pavimenta possunt applicari, igitur dudum ego de mechanico quodam, eoque universali, præxeos hujus gnomonicæ modo cogitavi, talemque post inventum